

rectè; ac, ut dicunt Scholæ, ex opere operato; idest, ex vi Sacramenti, non ex merito, vel alio interno motu suscipientis, ut declarat Reginald. d. lib. 26. num. 46. quod docent Suarez 3. par. q. 79. art. 4. scilicet. 10. Valquez de Punit. q. 87. art. 3. dub. 2. n. 7. quibus assentitur Jo: Sancius in Select. disp. 22. n. 8. Moventur autem his rationibus. Primò, quia diversa utique, & altiori modo debent dimitti venialia per hoc Divinum Sacramentum quam per Sacramentalia, de quibus adum est Anno 1687. mense Decembris. Sed ex opere operantis Sacramentalia remittunt peccatum veniale, quatenus impetrant à Deo auxilla, quibus homo elicit actus retractantes culpas veniales, ut ex probabiliori opinione dictum fuit in primo Casu mensis Decembris 1687. Ergo per Eucharistiam convenit, venialia remitti ex opere operato, & ex sola virtute ipsius eximii Sacramenti. Secundò, quia etsi disputent DD. utrum attritio sit necessaria ad delenda venialia in suscipiente Sacramenta; videtur probabilior sententia, attritionem esse necessariam sine Sacramenti, non autem cum suscipiuntur Sacramenta, ad delenda venialia; quia sufficit in suscipiente Sacramenta minor dispositio, nempe actualis non complacentia venialium, & voluntas recipiendi effectum remedii, quod assumit, ut ex Soto, & Suarez probat Maltrius in 4. sent. de Sacram. Penitentia disp. 5. art. 2. Ergo multò magis ex solo augmento gratiæ, quod recipitur in Eucharistia, delectur venialia; quia tunc Communicans intendit intimore unionem cum Deo; & virtualiter detestatur venialia; quæ contrariantur eidem intimæ unioni.

In hac controversia facile est concordare utramque opinionem; concedendo, venialia deleri in Eucharistia mediata, & indirectè, scilicet dando auxilla, quibus Communicans excitat in se actus ferventes caritatis, detestaturque etiam venialia, quæ displicent Deo: at non negando, posse etiam venialia remitti per solam virtutem Eucharistiæ, & ex opere operato, quatenus operatur unionem creaturæ cum suo Creatore; cujus amore accendit virtualiter detestatur etiam peccata venialia. Ita Marstrius, pluribus DD. citatis d. disp. 3. de Euchar. num. 399. & num. 400. Gobat. traç. 4. num. 473. & 474. & Emin. Card. de Lauræa de Euch. disp. 26. a num. 51. & num. 57. & seqq.

DECISIONIS XLVII.

Ad Octobris Quæsitum secundum.

ARGUMENTUM.

Investigatur, quos effectus producat EUCHARISTIA in corpore illius, qui dignè eam sumit? Ostenditur, esse quatuor præcipuos: Refrænationem motum carnalium, Dulcedinem spiritualem, Nutrimetum vitæ præsentis, & Futuram Refræctionem gloriosam cum dotibus Impassibilitatis, Agilitatis, Subtilitatis & Claritatis, quæ omnia selectis Sanctorum exemplis confirmantur.

SUMMARIUM.

- 1 Eucharistia producit quatuor effectus in corpore illum dignè suscipientis.
- 2 Eucharistia refrænat motum concupiscentiæ, atque iræ.
- 3 Miles adorans Eucharistiam, genuflectit in luto, & non inquinatur.
- 4 Dulcedo sentitur in sumptione Eucharistiæ.
- 5 Exemplia gustate dulcedinis in Communione Eucharistica.
- 6 Digni Sacerdotum tangentes panem, illum dulcem reddunt.

- 7 Sacerdotes, & alii ex frequenti Communionis quære non proficiant?
- 8 Eucharistia sola nutriti corporaliter Exemplia.
- 9 B. Helena Enselmina Patavina à Sede Apostolica per actum jurisdictæ Beata declarata die 8. Octobris 1695.
- 10 Homines quot diebus vivere possint sine cibo?
- 11 Exemplum femellæ, quæ ex Demonis astutia vivebat sine cibo?
- 12 Resurrectio gloriosa corporum effectus erit Eucharistiæ.
- 13 Dotes Corporis gloriosi quatuor, & harum prælium in hac Vita ex Eucharistia.
- 14 Impassibilitatis Dotis exempla ex Eucharistia emanant.
- 15 Agilitatis Dotis exempla ex Eucharistia proveniunt.
- 16 Subtilitatis, seu Spiritualitatis corporis exempla ex Eucharistia.
- 17 Claritatis Dotis exempla in corporibus ob Eucharistiam.
- 18 Vita spiritualis habet ipsa quatuor Dotes, ut ex libello 24. Veritatum. In Verit. 22. pun. 1.
- 19 Viginquaguarum Veritatum libellus excerptus ex lib. Juliani Haynovii Societatis Jesu ab Autore anno 1681.

QUÆSITUM SECUNDUM.

Quosnam effectus producat Sacra Eucharistia in corpore illum dignè suscipiente?

EX pluribus relatis per studiosos hujus Cleri hos quatuor principaliores collegi; & sunt: Refræratio motum carnalium, Dulcedo spiritualis, Nutrimetum vitæ præsentis, & Resuscitatio ad futuram.

Quò ad primum: Sacra Eucharistia in fumentibus illum dignè refrænat motus carnales, tum concupiscentiæ, tum iræ. De motibus concupiscentiæ extat illud testimonium Zach. 9. *Quid est bonum ejus, & quid pulchrum ejus? nisi frumentum eleborum, & vinum germinans virgines?* quod fuscè, & piè explicat S. Th. Opusc. 38. c. 26. Et de motibus irascibilis illud Eccl. 18. *Nonne ardorem refrigerabit Ros?* Utique Ros est Christus incarnatus, & in Eucharistia susceptus, quem intente flagitabant SS. PP. exclamantes: *Rorare caeli desuper, & nubes pluant justum.* Isa. 45. De utroque autem motu frænato locutus est S. Bern. in Serm. de Cæna Dom. in illis verbis: *Si quis vestrum non tam sepi modo, nec tam acerbo sentit motus iracundiæ, luxuriæ, invidiæ, aut ceterorum hujusmodi, gratias agat Corpori, & Sanguini Domini, quoniam virtus operatur in eo Sacramento.* Quæ verba transcribit etiam Emin. Card. de Lauræa d. disp. 26. num. 78. de Euch. Et pro confirmatione præsentis effectus, quem Sacra Eucharistia operatur, refrærans motum concupiscentiæ, & irascibilis, devotos non tædeat horum miraculorum lectio. Narrat Cæsaribus lib. 9. cap. 51. quòd quidam Miles cum quodam die in platea equitaret luto, & pretiosus esset vestibus indutus, obvium habuit Corpus Domini, qui de equo proflitens, in luto flexis genibus Corpus Domini adoravit; factumque est, ut eo surgente, nec mioma gutta aque, nec quidequam luti vestibus ejus adhæreret. Consimile scribit P. Rho in Hist. Virtut. lib. 3. cap. 1. n. 6. de Silvestro Landino, dicens: *Cùm luto in via obviam Divino Ferculo factus esset, profundo nihilominus in cæno genua posuit; verùm ubi perfunctus adorationis officio luxerit, ut coram Deo eam fuisse religionem sciret, vestes nulla luti contagione fœdatas circumspexit. Refert utrumque Bagatta in Admirand. Orb. Christ. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 20. & 21. Igitur si Pietas erga Sacram Eucharistiam exteriores indovias à*

cæno

cæno præservat; quantò magis, ut ait Gobat. in Theol. experim. traç. 4. n. 476. *In ipsum quoque corpus hominis redundabit energia hujus cibi celestis; ita quidem, ut per cum mitigetur fomes peccati, compescatur, seu refrænetur præter appetitum, atque inclinatio in malum?* quod latius prosequitur Suarez de Eucharist. disp. 64. scilicet. 1.

Quò ad secundum: Ex devota receptione Sanctissimæ Eucharistiæ dulcedo, & suavitas spiritualis à recipiente sentitur, ut probat S. Thom. 3. p. q. 79. art. 1. ad 2. & canit Ecclesia in primis Vespers Corporis Christi: *O quam suavis est Domine Spiritus tuus; qui, ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suavisissimo de cælo præstidisti esurientes replet bonis.* Habeturque in Psalm. 33. *Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus.* De hoc mirabili effectu infinita propemodum allegari possent exempla, quæ in legendis vitis Sanctorum obviam habentur: sed hæc pauca libet delibare ex his, quæ cumulat P. Bagatta d. tom. 2. lib. 3. cap. 3. §. 6. ex sequentibus auctoribus. I. S. Eleazarus Comes retulit quandoque Virgineæ Uxorij suæ, cum Christi Corpus acciperet, videri sibi optimum saccharum quæ deglutiret. ex Henric. Sedulio in ejus Vita cap. 20. II. Beata Angela de Fulgineo sic suo Confessario referebat: *A parvo tempore quando communico, Hostia extenditur in ore, & non habet saporem panis, nec carnis, quam comedimus, sed alium saporem carnis, & saporem lapidissimum, quem nescio assimilare alicui rei de mundo.* Arnoldus in ejus Vita cap. 7. III. Legitur Monachum quemdam, quoties Sanctam Synaxim insumebat, toties sibi vitulum, favum mellis lumere, cujus suavitatis illi in ore triduum ipsum perdurabat. Ita in Cronica Cisterciensibus. IV. S. Maria Cœniacensis, dum Christi Corpus accipiebat, magna in ore dulcedine, eo tempore, fruebatur. Jacobus à Vitricio in ejus Vita lib. 2. cap. 12. V. Venerab. Ursula Benincæ, cùm ob suas infirmitates maximam pateretur ciborum inapetentiam, ita ut nullo modo posset comedere; panem tamen Sacerdotum digitis tactum, absque illa nausea, vel molestia comedeat; immò ex illorum digitorum contactu, maximam panis illi dulcedinem inditam affirmabat, (notent id Sacerdotes, & discant innocentes servare manus suas.) In ejus Ursule vita cap. 35. VI. Soror Maria Villana Ordinis Prædicatorum tanta ne dum animæ, sed & corporis afficiebatur suavitare, & robore, pame celestis exalturata, ut post Sacra Eucharistiæ sumptionem ad multas horas dulcissimam suavitatem ore degularet; suavisissimæque ex faucibus exhalaret odorem. Dominicus Maria Marchesius in ejus Vita Mense Augusto die 21. VII. De Sanctis aliis pluribus referuntur consimilia exempla à Nicolao Laghi de Miraculis Ss. Sacramenti traç. 2. disp. 4. Sed satis sit id, quod legitur de S. Philippo Nerio in ejus Vita lib. 2. cap. 1. n. 13. ipsissimis his verbis: *Nel prendere il Corpo del Signore, sentiva straordinaria dolcezza, facendo tutti quegli atti, che sogliono far coloro, che gustano di qualche soavissima vivanda.*

Sed hic liceat interrogare lectorem verbis P. Gobati d. traç. 4. n. 481. *Scilicet, qui fiat, quod (pro doctor!) tam multi Sacerdotes Sæculares, ac religiosi ex quotidiana, tam multi Laici ex obliduana Communionem (non solum dulcedinem illam non sentiant) sed adeò parvum, aut nihil videntur proficere in spiritu?* Inveniet Lector pius responsum tum apud Rodriq. in Exerc. Præfæç. part. 2. traç. 8. cap. 13. tum apud Manlium in suo Vero Ecclesiastico lib. 14. cap. 12. Satis est fingere hoc dilemma. Vel celebrantes materialiter tantum celebrant, veloci lingua, volante mente, abeunte corde in res mundanas, & de his dicit B. Albertus Magnus de Eucharist. disp. 3. traç. 3. c. 1. *Non datur Mansio nisi in deserto; sic non sentitur dulcedo gratiæ, & sapor Eucharistiæ nisi ad his, qui se in desertum corde transferunt, ut mundanas non sentiant delectationes. Vel cum cordis munditie, & debita cum præpara-*

tionem licant; & de his respondet Emin. Card. de Lauræa de Euchar. d. disp. 26. num. 85. *Ratio, cur non semper, & non statim gustatur dulcedo spiritualis, est vel passio corpora trabens secum voluntatem, & intellectum, ne cogitationibus illis obsequium supernaturalium vacent. Vel quia Deus ad tempus eos privat, & in alio tempore opportuniore eam elargitur. Sufficit, quòd Sacramentum illud, quantum est de se, eam suavitatem, & dulcedinem causet. Utinam omnes Sacerdotes hæc saperent, & intelligerent.*

Quò ad Tertium effectum: Sacra Eucharistia nutriti, absque alio cibo, plurimi, in tot transactis sæculis, diu vixerunt, licet mortali carne induti, in argumentum æternæ vitæ, quam Salvator promisit manducantibus Divinum Panem, quorum viginti exempla fuerunt per me allegata supra Decis. 7. nu. 2. ex sacris Historiis decerpta, quibus hic duo addere libuit. Unum, de Sancto Petro de Alcantara; de quo sic legitur in scilicet. 6. Brev. Rom. die 19. *Obiit. Gratia contemplationis admirabilis in eo fuit, eam suavitatem spiritus refecerat, interdum accidit, ut ab omni cibo, & potu pluribus diebus abstinuerit. Alterum de B. Helena Enselmina Nobili Patavina, de qua sic scribit Scardeon. lib. 2. antiq. cl. 6. *Mirabile dictu! Vixit menses tres absque cibo corporali.* Quod confirmat Wading. in Annal. tom. 1. Ann. 1241. & Rodulf. Tullignan. in Histor. Scraphic. lib. 1. B. Elena Enselmina orta est Patavii Anno Domini 1208. cumque paulò post constructum esset Monasterium Monialium Ordinis S. Claræ extra muros Paduæ in Contrata dicta Ara Cæli, vulgò *Arçella*; (quæ tunc erat sub Parochia meæ Præposituræ Tituli Sanctissimæ Trinitatis,) in ipso Religiosa facta est B. Helena sub directione S. Antonii Patavini tunc viventis; & brevi per omnium virtutum semitas incedens ad perfectionis, & sanctitatis apicem pervenit, ad cælumque ex hac Vita evolvit Anno 1242. Ejus corpus miraculis redolens incorruptum adhuc servatur post annos 454. & tamquam Virginis beatæ veneratur, & colitur. Super ejus cultu immemorabili quatuor ab hinc annis ego tamquam Subpromotor fidei specialiter deputatus proceçum formavi ad normam Decretorum S. M. Innocentij Papæ XI. eoque rigorosè Romæ examinato à Sacra Rituum Congreg. tandem emanavit sequens Decretum. *Patavina Beatificationis, seu Canonizationis Særvæ Dei Helene Enselmine Beate nuncupatæ Ordinis S. Francis. Ad supplices instantias R. P. M. Felicis Rotondi Ordinis Minorum Conventualium Ministri Generalis; Patrique Magistri Balthasar Milazzo Collegij S. Bonaventuræ Regentis, & causæ Beatificationis, seu Canonizationis prædictæ Særvæ Dei Helene Enselminæ, Beatæ nuncupatæ Postulatoris: proposito in Sacra Rituum Congregatione ab Emin. & Reverendis. D. D. Cardinali Colloredo Ponente, Dubio: An sententia Emin. & Reverendis. D. D. Cardin. Barbadii Episcopi Patavini, sive ejus Delegatorum, super cultu immemorabili, & casu excepto à Decretis sel. rec. Urbani Papæ VIII. lata, sit confirmanda, vel infirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur? Sacra eadem Congregatio, auditam in scriptis, quàm in voce Reverendis. Archiepiscopo Myren. Fidei Promotore, prædictam sententiam esse confirmandam censuit; si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die 8. Octobris 1695. Facta igitur deinde Sanctissimo Domino Nostro per me Secretarium, de prædictis relatione, Sanctissimus jubens annuit; die 29. ejusdem Mensis, & Anni 1695.**

A. Card. Gibo.

Loco ꝛ Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rituum Congreg. Secretarius.

Porro

Porro virtute Sanctissimæ Eucharistiæ patrata fuisse supra scripta, ac in aliis Sanctis Viris exempla nemò dubitare potest: nam, etsi per integrum triduum posse hominem tolerare famem, ac sitim, nullo remedio adhibito, constat ex Scriptura Sacra, in Reg. 30. 12. ubi vir ille Ægyptius non comederat, neque biberat tribus diebus & tribus noctibus. In Tob. 3. 10. ubi Sara Tobie junioris uxor per triduum pariter abstinerat ab omni cibo. Et Esther 4. 16. Ubi Regina Esther gentiles suas adhortata fuit, ut non comederent, neque biberent quidquam tribus diebus, & noctibus, idemque se facturam cum ancillis suis spondit. Et Græci, ut refert Lucianus, in suis funeribus totum triduum absque ullo cibo transigebant; & Sacerdotes Ægyptii, ut scribit D. Hieronymus lib. 2. contra Iovinian. bidui, tridivè inedia tolerabant; immò ultra triduum, posse hominem absque cibo vivere (sed per paucos dies) testentur Medici, Hippocrates lib. de Principiis, ubi statuit, vitam hominis septem diebus, sed non ultra absque cibo consistere; & idem sentit Varro apud Aul. Gellium lib. 3. cap. 10. in fine, & Galenus lib. 1. Aphorif. 15. quamvis Homini non utique septimo lethalis inedia, nam durasse, & ultra undecimum pleuresque certum est, scribit Plinius lib. 11. cap. ult. ea ratione, quia varios dies absque cibo pluries vixerunt pro variate temperamenti, & constitutionis corporum, in quibus sæpè humores phlegmatici, crudi, lenti, atque viscosi deserviunt pro alimento, ut ex observatione Medicorum Langii, Quercetani, & Sennerti notat Scotus in sua Physica Curiosa lib. 3. c. 14. §. 2. Martin. Delrius Disquis. Magicar. lib. 2. q. 21. & Zacharias in quæst. Medicoleg. lib. 4. tit. 1. q. 10. Nihilominus per triginta & quadraginta, ac ultiores dies in Sanctis hominibus virtus Sacratissimæ Hostiæ operata est nutrimentum, quod à sola natura, & a virtute tantum naturali culvis hominis frustra expectaretur; immò ipsa Divina Eucharistia destruxit aliquando præstigia Dæmonis, coartans inedia, occultata arte, astruere in quadam semella, ut narrat S. Prosper. de Dimid. tempor. cap. 6. relatus ab eodem P. Gasp. Scoto d. c. 14. §. 3. Fuit enim juvenula, natione Araba, cujus gutturis meatu diabolus occupaverat, & per septuaginta dies cibum deglutire non miserat, sed de nocte sub avis specie sibi ore, nesciens quid, infundebat, quæ liberata remansit sumptione Eucharistici Sacramenti, cujus S. Prosperi, sunt verba sequentia: *Ascendente nobiscum Sacerdote, ut matutinum illi Sacrificium solio offerretur, puellam Præpositus ad Altare perduxit, eo incesso, & habitu, quo solent rubore perfuse ex epulis, poculisque mulieres advenire. Peracto itaque Sacrificio; cum eadem inter ceteras brevem particulam Corporis Domini tinnam à Sacerdote perciperet. Recole, quæ dicta sunt supra de intincta Synaxi Decif. XIV. n. 8. Mensis Martii, & scito hanc narrationem contigisse in quinto Sæculo (nam S. Prosper vivebat anno 445. ut ex Card. Bellarm. de Scripturis. Eccles.) Semihora mandenti traicere non valuit, nondum illo fugato, de quo dicit Apostolus: *Que consonantia Christi ad Belial?* Et iterum: *Non potestis Calicem Domini bibere, & calicem demoniorum, non potestis Mensam Domini participare, & mensam demoniorum.* Manus igitur faciem ejus sustentante Sacerdote, ne Sanctum projiceret, à quodam Diacono suggestum est, ut Calicem salutarem gutturi ejus Pontificis applicaret. Quod, ut factum est, statim ut locum illum, quem diabolus obsederat, Salvatoris impetio reliquit, Sacramentum, quod ore gestabat, cum laude Redemptoris transiisse puella clamavit: Hinc letitia, hinc voces in gloriam Dei, quod post oligotia, & duos dies, diabolus expulso, puella de potestate fuerit eruta inimici. Hæc S. Prosper.*

Quò ad Quartum effectum: Ex virtute Eucharistiæ communionis processura est etiam Resurrectio

gloriosa corporum nostrorum, juxta promissionem Christi Domini in illis verbis: *Qui manducavit meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die.* Jo. 6. 54. De quibusdem promissionis fidelis adimplemento tractant Lauræ de Euchar. disp. 64. Tit. 2. E. min. Card. de Sauro de Euchar. traç. 4. cap. 6. n. 43. Colleg. Salmantic. de Sacram. traç. 4. cap. 6. n. 43. & 44. Gobat. d. traç. 4. n. 479. & fultus Gonet. d. tom. 5. de Eucharist. disp. 8. a. n. 13. & seqq. ubi plura ma SS. Patrum testimonia adducit, & præcipue S. Cyrilli Alexandrini in cap. 6. Joan. de hoc differentis, & rationes validissimas allegantis, inter quas, quòd caro Christi vivificata est corpora nostra, quia ipsa tamquam ineffabiliter conjuncta Verbo, à quo universa vivificatur, est de per se vivificatrix; idcirco Dominus Jesus in hæc vita dum esset, alios mortuos suscitavit imperio vocis suæ, alios autem contactu suæ carnis.

Cæterum, quia Resurrectionis gloriosæ corporum nostrorum quatuor erunt dotes, Impassibilitas, Agilitas, Subtilitas, & Claritas. S. Thom. 3. p. q. 45. art. 1. E. min. Card. de Lauræ in 4. sent. tom. 4. tota disp. 21. & Mastrius in Theol. Mor. disp. 25. q. 4. pro quibus data nunc est nobis in pignus Sacra Eucharistia, de qua canit Ecclesia, *Et future glorie nobis pignus datur; observare liceat, manifesta signa eandem dotum in fervore Dei corporibus, quamvis nondum vita mortali exiit, emittantur.*

Pro Impassibilitate resumptur hic exemplum illorum, qui ex inedia longeva nullam sentiebant ærumnam, paulò antè relata. His addamus. I. quòd Satyrus S. Ambrosii Frater, Eucharistiam colloca; teste Card. Baronio Ann. 383. II. Consimile de S. Bynno narrat Surius 3. Decembris. III. Maximianus, postea Syracusanus Episcopus effectus, cum aliis in Adriatico mari in gravem tempestatem incidit. Desperata salute, quilibet peccata sua confessus est, sumptaque Sacra Eucharistia, Deo se commendaverunt. Navis diebus octo, aquis plena usque ad superiores tabulas, iter proprium peragere enavit. Nono demum die in portum delata, simul ac homines ex navi sunt egressi in conspectu omnium submersa est ex S. Gregor. Papa lib. 3. Dialog. cap. 36. IV. Puer autem ille, filius Hebræi Vitriarii, à patre in clibanum ignis ardentis projectus, eò quia cum aliis pueris Christianis, Sacram Synaxim (ut mos tunc erat) comessisset, & à Deipara mirabiliter illæus ab igne servatus est, ut scribit Evagrius lib. 4. cap. 36. unà cum supradictis casibus, aliisque brevitatibus causa omitti. Impassibilitatis dotem futuram, virtute Eucharistici panis, astruit in corporibus resurrecturis immortalibus, dum adhuc in carne mortali mortem pati non poterunt tot, & tanti Sacra Communionem munit.

Pro Agilitate dote testantur elevationes mirabiles in aere. I. Sancti Philippi Neri, Sacramentum Eucharisticum dispensantis lib. 2. ejus vite cap. 1. II. S. Francisci Xaverii in eodem sacro ministerio. Turcellin. in ejus vita lib. 6. c. 5. III. Sancti Ignatii de Loyolla Missam Celebrantis: Ex Processu Canonizat. fol. 199. & in ejus Vita, typis data Venetijs Anno 1687. ad pag. 216. IV. S. Teresie devotè communionem Sacram recipientis. Didacus de Jeps Episc. Tarracoen. in ejus Vita lib. 3. c. 20. V. S. Mariæ Ægyptiacæ gradientis super aquas Jordanis, ut Sacram Eucharistiam ab Abbate Zosimo posset accipere. Surius die 9. Aprilis. VI. S. Christianæ mox Eucharistico cibo roborata: Mosam, Galliæ Belgicæ fluvium maximum sicis pedibus transeuntis. Nicol. Laghi de Mirac. S. Sacram. traç. 2. dist. 3. c. 15. VII. S. Birgittæ Virginis Hiiberniensis, per maris undas pulcherrimam Casulam ad divinum Sacramentum celebrandum præparatam, in sicella scirpea inclu-

ad S. Senanum Abbatem mittentis, & ab eò Sacram Eucharistiam in eadem sicella obignatam, mare oblique, ac deserente, recipientis: necnon B. Cannæ Virginis ex desiderio Communionis Dominicæ ad eundem Sanctum Abbatem super undas maris ambulantis, illam Deo dirigente, cui mare, & venti obediunt; ut ex Godefrido Henschenio Soc. Jesu in Vita S. Senani Abb. 8. Martii transcribit Carolus Gregor. Rosignol. in Mirabilib. Dei in Sanctis suis part. 2. Mirab. 16. VIII. His addatur, quòd legitur de S. Petro de Alcantara, qui in æra frequenter sublatus miro fulgore coruscare visus est, & rapidus fluvius sicco pede trajecit. Brev. Rom. l. 5. IX. Et de S. Hyacintho Confessore, quem maximis Deus miraculis illustravit; Interque illud insigne, quòd Vandatum fluvium propè Visogradum aquas redundantem nullo navigio usus trajecit, socii quoque expanso super undas pallio tradidit. In Brev. Rom. l. 6. X. Item de S. Raymundo de Peñaforte, qui ex Insula Balæari majori Barcinonem reversurus, strato super aquas pallio, centum sexaginta milliaria sui botis consecit, & solum Canobium janui clausi est ingressus. Brev. Rom. l. 6. XI. Pariter de S. Francisco de Paula, cujus, multis miraculis, Sanctitatem Deus testari voluit, quorum illud in primis celebre, quòd à nauis rejectus, Siciliæ fretum strato super fluvium pallio cum socio transiit. Idem Brev. Rom. l. 6. En igitur Agilitatis dos communicata viris Sanctis etiam in corpore mortali, præcipue ob ardentem eorum charitatem, & devotam frequentiam Sacramentati Corporis, & Sanguinis Jesu Christi, qui hujus dotis est auctor, & Dominus, quam etiam discipulis suis ostendit, dum venit ad eos ambulans super mare. S. Thom. dist. part. 3. quæst. 45. art. 1.

Dos Subtilitatis, sive Spiritualitatis in corporibus gloriosis resurrectionis, operabitur in illis, ut sint similes spiritibus, & omne solidum possint penetrare, sicut Christus Dominus resurgens ex mortuis è sepulchro clauso exiit, & ingressus est, ubi erant discipuli, etsi fores essent clausæ; idè ait S. Jo. Damasc. lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 28. *Resurgens corpus spirituale, subtile; hoc enim significat spirituale; quale post resurrectionem Corpus Domini erat, cum per januas clausas transiret.* Quòd latè probat SS. Patrum auctoritates, & rationibus Em. Card. de Lauræ in 4. Sent. d. tom. 4. de Beatitud. Corporum disp. 21. art. 7. Hanc igitur Dotem, iidem corporibus gloriosis impertiendam, virtute Sanctissimæ Eucharistiæ, confirmant transitus miraculosi pluri-morum Servorum Dei, erga Sacram Synaxim summam devotione affectorum; qui adhuc in mortali hoc ergastulo, tanquam puri spiritus, ambulantes super pennas ventorum, veloces in longinqua transire, & loca clausa penetrare poterunt; quorum nonnulla exempla brevi manu cumulo. I. In adis Apost. cap. 8. Postquam Philippus Diaconus sacro fonte proluerat Eunuchum Regiæ Candacis in Gaza, raptus est à spiritu Domini; & mox inventus est in Azoto. II. S. Joannes Damasc. Orat. 2. de Dormitione Desipere ait: Ex antiqua traditione accepimus, quòd tempore gloriosæ dormitionis B. MARIÆ VIRGINIS MATRIS DEI, universi S. Apostoli, qui orbem tenebat ad salutem hominum peragrabant, momento temporis in sublime elati conveniunt Hierosolymis. III. Card. Baron. ann. 526. notat, quòd cum Georgius Abbas in monte Sina impense cuperet, ultimo vitæ sue anno Sacram Eucharistiam sumere, ipsa nocte anniversaria Christi Domini resurgens, in Ecclesiam Hierosolymitanam illic ex monte Sina subitò deportatus est, atque mysteris, Deus cellula ipsum eadem nocte restituit. IV. In Annal. Minor. ann. 1237. num. 23. narratur insignis illa D. Antonii Confessoris ex hæc Urbe Pataviana Ulyssipponem transfolato, ubi ge-

nitorum suum ab impofura homicidii liberavit; toto die cum parentibus stetit, & sequenti mane Paduam more Angelico reversus fuit. V. Arce ingressu janus clausus dictum est supra. S. Raymundo de Peñafort, transacto mare super pallio, Cenobium suum introfisse foribus clausis. VI. S. E. minoldus Abbas, quadam die cum ante fores clausas Ecclesiæ staret, Custos propeo cursu circumiens, aperire Ecclesiam Abbati præparavit; at eum janus clausus in Ecclesiam ingressum, orantemque invenit. VII. Pater Mutius Abbas, quodam tempore clausus ostiis, fratribusque in superioribus foris sedentibus, ipse ingressus est ad eos. VIII. Beata Clara de Agolantibus fundatrix Monialium Angelorum Arimini, cum esset solita in Viridario Conventus coram Imagine Salvatoris seipsum duris flagellis cadere, Moniales ostium viridarii clausis, seraque obserant; sed ipsa portas, & crenueto sui corporis Sacrificio vacabat, Monialibus maximo cum stupore observantibus; ita de his tribus testatur Jo. Bonifac. Bagatta in Admir. Orb. Christi. tom. 1. lib. 5. cap. 5. n. 44. 45. & 46.

Tandem dotem Claritatis consequentur in resurrectione corpora eorum, qui devotione in Sacram Eucharistiam exarserint; juxta Apostoli expectationem: *Salvatores expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit Corpus humilitatis nostræ, configuratum Corpori claritatis suæ.* Ad Philipp. 3. 20. ubi glossa Interlinearis ait: *Assimilabitur Corpori illius in claritate, quam habuit in transfiguratione;* de qua quidem dote Claritatis plè, ac eruditè disputat Emin. Card. de Lauræ in cit. tom. 4. in 4. sent. disp. 21. art. 5. ubi examinat verè, & propiè quid erit ipsa Claritas corporum beatorum? Necnon, utrum eadem corpora beata futura sint luminosa pervia, seu perspicua, ac diaphana? Aut lucida, densa, & opaca? Quæ legisse ledorem non pigebit, prout ea, quæ scribit de istem questionibus Mastrius in Theol. Mor. disp. 25. n. 82. & 83. Porro quòd attinet ad probationem dotis hujusmodi exemplis Sanctorum, nimium laboriosum esset illa referre, cum frequentissimè, in omni sæculo serviri, ac famulæ Dei donati fuerint hæc claritatis corporalis, dum essent in hæc vita mortali, præcipue tempore Communionis Eucharisticæ, ut videre est apud D. Io. Bonifacium Bagattam in cit. 1. lib. 1. cap. 1. §. 4. ubi centena, & ultra cumulatè exempla, & tom. 2. lib. 3. cap. 3. §. 6. ex quibus hæc pauca sufficiunt. I. S. Catharina Senensis pluries, sed præcipue cum ad altare ad communicandam accederet, faciem rubicundam, & emicantem habebat. Ex ejus vita Bagatta d. §. 6. n. 17. II. in Gallia S. Silvanus Monachus, & faciem fulvè clariorè, & vestimenta ut nivem dealbata vifus esse possidere, dum Sacram Eucharistiam acciperet. In Menolog. Cisterc. 12. Kal. Martii. III. B. Margarita Abbatissam Vallisgratiæ, Sacra Eucharistia percepta, plures intuiti sunt cum Angelica facie immenso splendore colloquentem. Ugo Menard. de eadem. IV. Beata Catharina Bononiensis pallesbat semper junio, & ab ipsa natura erat deformi facie; sed dum Eucharistiæ fumebat Sacramentum, pulcherrima videbatur. Vadingus in Annal. Minor. de ead. an. 1463. V. Venerandam Agnetem de Santillon Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis affirmant feniores vidisse, quoties ipsa Sacram Communionem acciperet, roseo planè colore perfusam; cum talis aliàs vultu pallida semper esset. Arnold. Rayssius in Aut. de eadem 28. Martii. VI. Frater Rufinus à S. Urfo Capucinus cum sacrum Domini corpus populo spectandum attolleret, vultum fulvis insit emicantem præferebat. Boverius in Annal. Capucin. ann. 1575. De Sanctis in hoc præfenti sæculo Canonizatis, Carolo, Philippo Nerio, Teresia, Ignatio,

tio, Francisco Xaverio, de Sales, Borgia, Cajetano, Magdalena de Pazzis, alique superfluum est splendorum vultuum, & vestimentorum, dum adhuc viverent, referre: leguntur enim passim in eorum Vitis, & Bullis Pontificiis Canonizationis eorum. Concedat misericors, & pius Redemptor noster, ita nos esse devotos erga Venerabilem sui Corporis, & Sanguinis Sacramentum, ut supra relatas quatuor gloriosas Dotes in resurrectione corporum mereamur adipisci. At, quia proficua est spiritualis vita, pro obtinenda gloriosa, studeamus nunc ascendere ad vitam spiritualem, ut possimus transire ad immortalem. Habet vita spiritualis quatuor easdem Dotes, ut doctè scripsit Julianus Haynovius Societ. Jesu in lib. 24. *Veritatum* (à me compendiosè, & Italico sermone pro usu hujus Seminarii Patavini ann. 1681. transcripturum) in Vigesima secunda quarum puncto primo, sic legitur: *La Vita spirituale ha le sue Dote à similitudine della Vita gloriosa; poichè dà all' intelletto il dono della Chiarezza, con cui conosciamo la Verità eterne; e coll' uso, ed esercizio loro diventiamo riguardevoli. Alla Volontà nostra conferisce il dono dell' Agilità, col quale siamo fatti tanto pronti ad ogni cenno del Divino Volere, che lo accettiamo, e lo mettiamo in esecuzione senza tardanza. Rendo degno il nostro Appetito Concupiscibile della Dote dell' Impassibilità in modo, che non siamo più molestati da movimenti sensuali. E all' Appetito irascibile compartecipa la Dote della Spiritualità, ò fortezza, la quale ci fa trascendere, e trapassare tutte le difficoltà, siccome a' Corpi gloriosi ogni cosa è aperta, e senza ostacolo alcuno. Igitur has Dotes in presenti vita imploremus humiliter corde ab Eucharistia Sacrosancta, ut ab eadem Dotes gloriosas recipiamus in futura*

DECISIONIS XLVIII

Ad Octobris primum Casum.

ARGUMENTUM.

Disputatur, an qui communicat tempore Paschali, in Ecclesia Cathedrali, & non in propria Parochia, satisfaciat Præcepto, *Can. Omnis Utriusque sexus. De Pœnit. & Remissione?* Proponuntur argumenta pro affirmativa opinione. Deinde pro negativa, quæ amplectitur in resolutione casus, evacuatis argumentis contrariis, & relatis non ineligantibus eruditionibus circa Cathedralium Patavinum, & Congregationem Parochorum ejusdem Civitatis.

SUMMARIUM.

- 1 Fideles olim Missam audire, & Sacramenta recipere tenebantur in propria Ecclesia.
- 2 Regularibus concessum dispensare Eucharistiam fidelibus, præterquam per Viaticum, & tempore de præcepto.
- 3 Eucharistia recipienda per fideles de præcepto semel in anno, tempore Paschali, à proprio Parocho.
- 4 Præcepto Communionis Paschalis an satisfaciat communicans in Cathedrali?
- 5 Cathedralis Ecclesia est Parochia totius Civitatis, & Diocesis.
- 6 Cathedralis Ecclesia unde dicta?
- 7 Episcopus potest dispensare Sacramenta omnibus de sua Civitate, & Diocesi.
- 8 Pœnitentes olim tenebantur se presentare Episcopo pro absolutione, scilicet Publici. n. 27.
- 9 Archiepiscopi Ecclesie Cathedralis officium est administrare Sacramenta.
- 10 Doctores qui tenent posse in Paschate Communionem fieri in Ecclesia Cathedrali.

- 11 Consuetudo facit, ut communicantes in Cathedrali satisfaciatur præcepto de Communione Paschali.
- 12 Communicans in Cathedrali, absque licentia Parocho, non satisfaciatur præcepto de Communione Paschali.
- 13 Communio Paschalis recipienda est à proprio Parocho.
- 14 Parochia debent esse distinctæ.
- 15 Matrimonium contrahi non potest coram Archiepiscopo Ecclesie Cathedralis ab illis, qui sunt sub aliena Parochia.
- 16 Archiepiscopus, & alii Curati Ecclesie Cathedralis non possunt dare Viaticum, vel extremam Unctionem habitantibus in aliena Parochia.
- 17 Absurda plurima orientur, si illi de Ecclesia Cathedrali possent dare Sacramenta alienis Parochianis.
- 18 Doctores tenent, Communicantem in Cathedrali non satisfaciatur Præcepto.
- 19 Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.
- 20 Ecclesia Cathedralis erat sola antiquis temporibus in omni Diocesi.
- 21 Cathedralis Ecclesia Patavina usque ad annum 624. fuit, ubi est Ecclesia S. Soppie; & erat unica Parochia Civitatis.
- 22 Congregatio Parochorum Padue quando, & à quo instituta?
- 23 Cathedralis Ecclesia Patavina baptizat omnes infantes, à Sabbato sancto usque ad Dominicam in albis, in memoriam antiquæ sue universalis Parochialitatis in urbe.
- 24 Parochi Patavini habent stallum, & locum in Choro Ecclesie Cathedralis, & jus intonandi Litanias, & deferendi sacra Reliquias in Processionibus in signum quod sunt de gremio Cathedralis, & ejus veri, ac antiqui Capellani.
- 25 Archiepiscopus Patavinus exoneratus Cura animarum, ea translata in sex Mansionarios, qui solè sunt Parochi Ecclesie Cathedralis.
- 26 Episcopus potest administrare Sacramenta in sua Diocesi etiam invito Parocho.
- 27 Pœnitentes publici absoldebantur olim ab Episcopo tantum.
- 28 Pœnitentie Sacramentum hodie ex generali consuetudine administratur à quocumque Sacerdote approbato per Ordinarium.
- 29 Periculum non est dandum Parochianis tagandi, & mentiendi circa receptionem Communionis Paschalis.
- 30 Archiepiscopus Cathedralis olim erat Vicarius Episcopi circa administrationem Sacramentorum.
- 31 Consuetudo etiam immemorabilis sublata est circa administrationem Sacramenti Eucharistie in Paschate alienis Parochianis.
- 32 Innocentius XI. declaravit, non satisfaciatur Præcepto communicantem in Paschate extra Parochiam; quævis in Basilicis Rome.
- 33 Decreta S. Congregationis Concilii ligant in utroque foro.

PRIMUS CASUS.

Parochus, exigendo à suis populis schedulas datas in Communione Paschali, reperit inter illas unam Ecclesie Cathedralis, ubi quidam de sua Parochia communicavit. Queritur, an ille satisfecerit præcepto?

Pro intelligentia oportet repetere, quod scriptum est supra Decis. 24. ad secundum Casum Mensis Maji hujus anni 1689. videlicet, quod in primitiva Ecclesia, omnes Christi fideles diebus festis non poterant

poterant audire divina officia, neque Sacram Communionem recipere, nisi in eorum Parochiali Ecclesia, & à proprio Parocho. c. In Dominicis. & c. Nullus 9. q. 2. c. Placuit ult. de Pœnit. dist. 6. & c. 2. de Parochiis. Sed invecis in Ecclesia Catholica ordinibus Regularibus, ob eorum eximiam sanctitatem, & doctrinam, à Sede Apostolica ipsæ concessum fuit, ut Sacramentum Eucharistie omnibus fidelibus ab eisdem confluentibus, possent dispensare. Tamburin. de Jure abbatum tom. 2. disp. 5. q. 3. præterquam pro Viaticum in articulo mortis, & in tribus temporibus annuis, in quibus omnis Christianus obligatus erat Sacram Communionem recipere à proprio Parocho, videlicet in festo Natalis Domini, Paschæ Resurrectionis, & Pentecostes, juxta text. cap. Est non frequenter 16. & in c. Seculares 19. de Consecrat. dist. 2. Quæ triplicata annualis obligatio, refrigerisse orbis Christiani charitate, restricta fuit ad recipiendum solum semel in anno, tempore Paschali, Eucharistie Sacramentum à proprio Pastore, pro Concilio generale Lateranense Quinto, Anno 1215. sub Innocentio Papa Tertio, de quo in cap. Omnis Utriusque sexus 12. de Pœnit. & Remiss. Et eadem obligationem confirmavit Concilium Trident. sess. 13. de Sacrosancto Eucharistie Sacramento, canone 9. & sess. 14. de Sacramento Pœnitentie can. 8. Itaut extra omnem dubitationem in præsentia apud Catholicos sit, Christi Fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis ad communicandum in Propria Parochia, tempore Paschali pro adimplendo supraddictæ Præcepto Ecclesie, de quo in cit. cap. Omnis Utriusque sexus.

Hoc hæc dubitare contingit, an eidem obligationi satisfecerit ille, qui in Pascha Resurrectionis Dominicæ receperit Sacram Communionem non in propria Parochia, sed in Ecclesia Cathedrali, pro ut in casu? Et prima fronte videtur respondendum affirmativè, ex sequentibus motivis.

Primo: Quia Ecclesia Cathedralis appellatur Parochia totius Civitatis, & Diocesis. Card. in Clem. Dudum. §. Verum. de Sepult. Belletus disp. Cleric. part. 1. §. 3. n. 45. Ergo qui in ea communicat tempore Paschæ, in propria Parochia communicat, & sic satisfaciatur præcepto.

Secundo: Cathedralis Ecclesia est propria Ecclesia Episcopi, & idè dicitur Cathedralis, ab ejus Cathedra, quæ semper manet in ipsa: cap. Nec numerus. Vers. Cathedralium 10. q. 3. c. Renovantes 22. dist. Azor. tom. 2. lib. 9. c. 3. dub. 14. Tondus. Resol. benef. p. 2. c. 2. §. 1. n. 4. & Moscon. de Major. militan. Eccl. p. 1. c. 15. in princip. Sed Episcopus potest dispensare Sacramenta omnia unicuique de sua Civitate, & Diocesi. c. Quæcumque 10. q. 1. cap. Precipimus 12. q. 1. etiam invito Parochi. Genuen. in Praxi cap. 76. in fine. Ergo qui recipit Communionem in Cathedrali satisfaciatur Præcepto.

Tertio: Quia valet argumentum de Sacramento Pœnitentie ad Sacramentum Eucharistie, cum de utroque sit eadem dispositio in cit. cap. Omnis utriusque sexus. Sed antiquitus Pœnitentes tenebantur se presentare Episcopo in Ecclesia Cathedrali pro absolutione obtinenda à peccatis. c. In capite. dist. 50. Ergo ibidem poterunt etiam suscipere Eucharistiam.

Quarto: Quia afferenda sunt obstacula, quibus fideles possunt retrahi à bono. Sed multi Parochiani ob dissidentiam cum suo Parocho retraherentur à receptione Eucharistie, si à solo Parocho, non autem in Cathedrali Ecclesia possent eam sumere. Ergo.

Quinto: Quia id videtur expressum in c. Officium 3. & ibi Gloss. in verbo, A foris veniunt. de Offic. Archiepiscopi. ubi statuitur, inter cætera ministeria Archiepiscopi Ecclesie Cathedralis præcipuum esse administrare Sacramenta omnibus de Diocesi confluentibus ad illam.

Sexto: Hujus textus, & Glossæ auctoritate freti pronuntiantur, communicantem tempore Paschali in Ecclesia Cathedrali satisfaciatur præcepto Ecclesie omnes infrascripti Doctores, videlicet ex Canonistis Barb. de Canon. c. 6. n. 20. & de Gutierrez quest. Canon. lib. 1. c. 27. n. 24. Oldrad. Conf. 230. n. 2. inf. ne. Sbrozzius de offic. Vicar. lib. 1. q. 3. n. 18. & lib. 2. q. 14. n. 1. & Michael Ant. Frances de Eccl. Cathedralibus. cap. 21. à n. 104. & seqq. Ex Moralitibus autem Bonacina de Sacramentis tom. 1. disp. 4. q. 7. punct. 2. n. 11. Gesualdus in Theolog. Moralit. tom. 1. tract. 12. cap. 4. n. 20. & Tamburin. de Communionem, lib. Unic. cap. 4. §. 4. n. 47.

Septimo: Horum opinionum robur addit consuetudo, quæ ubique vigere censetur & concedere, ut confluentes ad Ecclesiam Cathedralium, & in ea communicantes tempore Paschæ satisfaciatur præcepto, ut testatur Diana part. 8. tract. 9. resol. 65. alias 64. & par. 1. tract. 7. resol. 28. Quas invenies Lector in opere Coord. tom. 2. tr. 2. res. 15. & res. 16.

His tamen non obstantibus, contrarium est tenendum, & præscindendo Communionem quam suis manibus daret Episcopus, ut infra declarabitur, affirmandum venit non satisfieri præcepto Communionis Paschalis ab illo, qui deserens propriam Parochiam, sine licentia sui Parochi Communionem accipit in Ecclesia Cathedrali. Rationes irefragabiles sunt.

Primo: Quia pro satisfaciendo præcepti Concilii Lateran. requiritur, ut Communio Paschalis recipiatur à proprio Parocho, ut expressè loquitur: cap. Omnis utriusque sexus. De Pœnit. & Remiss. cujus hæc sunt verba: Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solius peccata, solum semel in anno, fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injuriam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere; suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistie Sacramentum, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum. Sed qui administrant Eucharistiam in Ecclesia Cathedrali (excepto Episcopo) non sunt proprii Parochi illius exteri ibi communicantis. Ergo non satisfaciatur præcepto.

Secundo: Quod autem non sint Parochi proprii illi, qui administrant Sacramenta in Cathedrali respectu habitantium in alienis Parochiis, constat tum ex can. Ecclesias 13. q. 1. ubi antiquitus fuerant divise Parochie, tum ex S. Conc. Trid. sess. 24. de Reform. c. 13. ubi, Mandat Sancta Synodus Episcopis pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas, propriasque Parochias, unicuique suam perpetuam, peculiaremque Parochiam assignent, quæ eas cognoscere valeat, & à quosollicitè Sacramenta suscipiat. Igitur cum in Civitate sint distinctæ Parochie, ut supponitur in casu, & iste Parochianus, qui vadit pro Communionem ad Cathedralium, habet suam propriam Parochiam, & suam propriam Parochiam, illum scilicet, sub quo habet domicilium; sequitur, Sacerdotes Ecclesie Cathedralis, etiam Archiepiscopos, ut infra in responsione ad quintum, non esse proprios Parochos ejusdem communicantis.

Tertio: Alias sequeretur, quod quilibet de Civitate, & Diocesi posset contrahere Matrimonium coram Curatis Sacerdotibus Ecclesie Cathedralis, vel eorum Archiepiscopo eisdem. Quod tamen nemo est qui affirmet, immò manifestè esse falsum, probat Sanchez de Matr. lib. 3. disp. 27. n. 2. & Pontius eod. tract. lib. 5. c. 12. n. 7. Ea ratione, quia Concil. Trid. sess. 24. de reform. Matrim. c. 1. pro illius Sacramenti validitate requirit præsentiam proprii Parochi, sicut Lateranense Concilium pro adimplendo præcepto Communionis Paschalis requirit, eam recipi à proprio Sacerdote.

Quartò: Eadem ratione hæc opinio confirmatur, quia neque Curatis, neque Archiepiscopo Ecclesie Cathedralis licitum est portare Viaticum, vel dare Extremam Unctionem infirmis degentibus sub alio Parochio, ut decisum refert à Sacra Congregatione Barbof. in Decis. Apofol. collect. 275. num. 3. Verò Ecclesia Cathedralis, & quidem iure; nam pro administrandis Sacramentis necessaria est Jurisdicção, hæc autem haberi non potest nisi in subditis; At non est subditus; qui degit in aliena Parochia, & nullibi reperitur concessum Ecclesie Cathedrali, ac ejus Curatis, ut hi exerceant Jurisdiccionem in alienis Parochianis; immò contrarium est statutum in c. Placuit, de penit. dist. 6.

Quintò: Quia si licitum foret unicuique deferere propriam Parochiam, & adire Ecclesiam Cathedrali pro Communione Paschali, plura sequerentur absurda; siquidem daretur consilio in regimine Ecclesiastico animarum, frangeretur pax inter Parochos, videntes ab illis de Ecclesia Cathedrali poni scilicet in eorum mensem, & eorum jus usurpari: & quod magis urget, proprius Pastor necesse rationem reddere ovium suarum, dum esset facile Parochianis illis, qui quærent excusationes in peccatis, multoties, & cum mendacio asserere, se satisfecisse Præcepto Ecclesie de Confessione annua, & Communione Paschali in Ecclesia Cathedrali; quod immediatè est contra mentem, & finem Conciliorum Lateranensis, & Tridentini, locis supracitatis, ubi volunt à proprio Parocho Sacramenta recipi, pro satisfactione præcepti, ad obviandum fraudibus, & ut omnis Pastor videat vultum sui pecoris, & certus sit de ejus statu, de quo est Deo rationem redditurus.

Sextò: Idcirco communicantem in Ecclesia Cathedrali tempore Paschatis, nisi de manu Episcopi, vel de licentia ejus, aut proprii Parochi, non satisfacere Præcepto Sanctæ Matris Ecclesie tenent, & docent gravissimi Theologi, & Canonistæ, videlicet Emin. Card. de Lugo in Responsis moralibus lib. 1. dub. 15. Gobat in Theolog. Experim. tract. 3. num. 66. Cotonius illustr. Controvers. lib. 2. Controv. 4. num. 153. Diana cit. part. 9. tract. 9. resol. 65. n. 2. & novissimè doctissimus Vir, & Advocatus in Romana Curia Jacobus Pignatellus tom. 7. Consult. 89. à num. 12. Et seqq.

Septimò: Quia in quacumque Diocesi habentur Constitutiones Synodales, quæ præcipiunt, fieri Communionem Paschalem à quocumque in propria Parochia, nihil dicendo, vel excipiendo circa Ecclesiam Cathedrali; de qua quidem Episcopi essent locuti, si voluissent permittere suis subditis, ut ad illam confluerent, propria Parochia relicta, pro adimplendo Præcepto Communionis Paschalis, ut observat Gobat. d. tract. 3. n. 67. Hinc sequitur, quòd ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. c. Romanorum. dist. 9. Clem. ult. de Rescript. quia lex si voluisset, expressisset. c. Ad audientiam 2. de Decimis cap. 2. de transact. Cumque leges Synodales generaliter dicant, quòd quilibet in Paschate Communionem recipiat à proprio Parocho, generaliter sunt intelligendæ, exclusa etiam Cathedrali Ecclesia. Barbofa in Axiom. Jure Axiom. 126. n. 1.

Neque subsistunt, quæ fuerunt in contrarium considerata. Nam quòd ad Primum, Quòd Ecclesia Cathedralis appelleretur Parochia totius Diocesis, intelligitur per Antonomasiam, & respectu antiquissimorum temporum, in quibus defudantibus Episcopis in prædicatione Evangelii vix in quacumque Civitate, & Diocesi erat Ecclesia una, in qua Divina officia peragerent, & Sacramenta Fidelibus administrarent, & hæc Ecclesia erat Cathedralis; prout in hac Civitate Patavina, ab anno Incarnati Verbi XLVI. (in quo prædicabat Catholicam Fidem Patavii S. Prodicimus Discipulus S. Petri Apostolorum Principis, & hujus Urbis Antenoræ

primus Antistes, & Apostolus, usque ad annum DCXVI. una tantum erat Ecclesia Parochialis, videlicet ipsam Cathedralis sub nomine S. Sophie extra muros Civitatis, quò postea anno DCXXIV. Tridicus Fontana Episcopus Patavinus transfudit intra mœnia, & collocavit in medio Civitatis, prout ex antiquis scripturis depremitur nuper eruditissimo calamo Sertorius Eques Urfianus in sua Historia Patavina part. 1. lib. 1. pag. 51. Et part. 1. lib. 2. pag. 135. 143. Et 154. cui concordant Angelus Portenarius in eadem Hist. lib. 9. cap. 2. Et cap. 4. & Jacobus Cavacius Hist. Civitatis D. Justinae lib. 1. pag. 33. Igitur præcisè illis temporibus Cathedralis Ecclesia Patavii erat Parochia totius Civitatis, & Diocesis, in qua quidem Ecclesia Cathedrali administrabantur Sacramenta incolis Paduanis tum à Sacerdotibus, qui appellabantur Capellani ejusdem Cathedralis, tum ab Archiepiscopo, primævo, & principali Parocho, atque Vicario Episcopi in hoc ministerio curæ animarum. At reddita tranquillitate toti Italie, & adductis populis Patavinis, fabricatæ fuerunt aliæ Ecclesie in Urbe, & in Diocesi; quarum regimen demandabatur iisdem Sacerdotibus Capellanis, quorum Congregatio fuit ab Episcopis Patavinis instituta, & Decimis, ac Quartæsiis ditata, ut animarum gubernio vacarent in prædictis Ecclesiis, quæ postea erectæ fuerunt in Parochiales, & separatæ omnino ab Ecclesia Cathedrali, factæque independentes circa administrationem Sacramentorum à Capitulo, & Archiepiscopo ejusdem Cathedralis Ecclesie; confirmata tamen reciproca prærogativa huic & illis in signum antiquæ unionis; videlicet, quòd à die Sabbati Sancti usque ad Dominicam in Albis, nullus Parochus Urbis Paduæ possit Baptismi Sacramentum conferre; sed infantes sacro fonte ablundi, per dictum tempus, portentur ad Cathedrali, in ejus præsentia obsequium, & veteris universalis Parochialitatis memoriam: E contra iisdem Parochiis Patavinis reservatus fuit locus in choro Ecclesie Cathedralis, & Jus intonandi Litanias, dum publicæ supplicationes peraguntur, cum solita elemosyna sex solidorum Parocho intonanti; nec non prærogativa induendi Pluviale & deferendi tum miraculosa Deparæ Imaginem; (quæ erat DD. de Zabarellis Nobilium Paduæ, Portenar. lib. 9. cap. 4.) tum Reliquias Sanctorum; ac demum Jus incensandi in Missa eosdem Parochos per unum à Capellanis ejusdem Cathedralis, ac iisdem dandi Pacem; prout fit cum aliis de gremio ipsiusmet Ecclesie, & Chori in signum, quòd ipsi Parochi olim erant Sacerdotes, & beneficiarii de gremio prædictæ Ecclesie Cathedralis, cui propterea remansit Jus Parochiale tantummodo super vicis, & domibus contiguis; quòd Jus diù exercitum fuit ab Archiepiscopo; à quo tandem fuit translatum in sex Mansionarios, distincta eadem Parochia, in sex partes, unicuique assignata sua Parochia, & populi parte ad præscriptum Concilii Tridentini citat. sess. 24. cap. 13. de Reform. adeòt nunc ipsi Mansionarii sint veri, & proprii Parochi intra limites sibi assignatæ Parochiæ, & nullus alius possit se intrromittere absque eorum licentia in administrandis Sacramentis; non solum ex Mansionariis, sed neque ipse Archiepiscopus, in quo nunc stat sola cura Habitualis sine exercitio, ut latè probat Nicolaus Noalis conf. 69. per totum. Ad instar Capituli Sancti Petri de Urbe habentis curam Animarum habitus; ejus exercitio existente penes Vicarium perpetuum, privativè quò ad ipsum Capitulum; ut notat Fagnan. in cap. expof. num. 41. de Præbend. Hæc, quæ de Ecclesia Cathedrali Patavina cursu temporis fit mutata leguntur, & videntur; similem exitum etiam alibi habuisse testantur Barbofa de Parocho cap. 1. n. 17. Poteus lib. 1. decis.

decis. 361. n. 5. & Gonzalez gloss. 6. à num. 77. Et seqq. ubi affirmat, adhuc in Hispaniarum Regnis reperiri aliquas Dioceses, in quibus unica est Parochia, eaque est in Ecclesia Cathedrali, quod confirmat Rota part. 2. divers. decis. 309. n. 5. & Ferentill. in addit. ad Barbat. decis. 402. n. 7.

Non obstat Secundum: quia nemo est, qui neget, licitum esse recipere Communionem Paschalem à proprio Episcopo in Ecclesia Cathedrali, vel alibi, etiam invito Parocho; licet enim, ubi Parochiæ sunt distinctæ, & habent proprium Rectorem, non possit Episcopus vocari Parochus, vel Rector eorundem Ecclesiarum Parochialium. Gonzal. gloss. 6. num. 83. Barbofa de Parocho cap. 1. n. 22. & Rota part. 1. recent. Decis. 25. n. 4. tamen potest Episcopus in tota sua Diocesi administrare omnia Sacramenta suis subditis, quia ipse omnium eorum est Pastor, & eorundem animæ ipsi Episcopo sunt committendæ, quæ immò debet aliquando Sacramentorum pabulo nutrire. Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 1. Squillant. de Oblig. Et Privileg. Episc. p. 3. c. 1. Et 2. & multò magis in Ecclesia Cathedrali, cujus immediatus Parochus censetur, Barbofa de Parocho c. 28. §. 2. n. 13. Idcirco qui Communionem Paschalem recipiunt de manu Episcopi in Ecclesia Cathedrali, ut facere solent Excellentissimi Rectores hujus Civitatis, & alii Dignitates Curiales, ac Cives in feria quinta Cenæ Domini; hi quidem satisfaciunt præcepto Ecclesie. Pax Jord. d. tit. 3. n. 49. at qui communicant in Ecclesia Cathedrali de manu aliorum Sacerdotum, non satisfaciunt præcepto, quia ipsi nullam jurisdictionem habent in alienis Parochianis. Hostien. in c. Omnis utriusque sexus, Card. Tufcus Litt. P. conclus. 95. n. 7. & Barbofa de Parocho d. cap. 1. n. 22.

Tertium non obstat; quia text. in cap. In capite dist. 50. loquitur de publicis penitentibus, qui in foro exteriori absoluebantur ab Episcopo cum presentia proprii Parochi, quasi testis (super vera emendatione penitentis). At circa Penitentium Sacramentum, etiam antiquitus non poterant Sacerdotes Ecclesie Cathedralis in foro interno illud dispensare alienis Parochianis. c. Placuit de Penit. dist. 6. Hodie tamen ob privilegia Regularium, & universalem consuetudinem, quæ trahit tacitum consensum omnium Parochorum, permixtum est cuiusque Sacerdoti approbato per Ordinarium ad audiendas confessiones, illas ad se consuetum, etiam tempore Paschali audire; & super hac libertate confitendi omnes Parochi licentiam censetur concedere, præcipuè in Civitatibus, Parochianis suis; & de hoc puncto nulla est controversia.

Quartum non obstat; quia ut supra dictum est cap. officium de offic. Archiep. & Gloss. ejusdem est intelligenda de antiquis temporibus, quando nulla alia Parochia erat in Civitate, vel Diocesi, quàm Ecclesia Cathedralis, in qua Archiepiscopus vacabat curæ animarum; & dicebatur Vicarius Episcopi in his, quæ spectabant ad forum interiozem, & administrationem Sacramentorum. At in presenti, Cathedralium Archiepiscopus vel non habent Jus administrandi Sacramenta, vel ea administrant tantummodo his, qui sunt de Parochia ejusdem Cathedralis, & sic imminuta est Jurisdicção, quam olim habebant, ut notat Moneta de Distribut. Quat. p. 2. q. 1. n. 28. & Barbof. de Jur. Eccl. Univ. lib. 1. c. 25. n. 25. Et idcirco

circa eorundem Archiepiscoporum auctoritatem attendendas esse consuetudines Civitatum dicunt Canonistæ, quos citat Fagnanus in cap. Ad hæc, num. 14. Et 15. De offic. Archiepiscopi.

Sextum non obstat, quia declarandi sunt DD. in contrarium allegati, de Communione recepta in Cathedrali de manu Episcopi; vel de Civitatibus, in quibus distinctæ non sunt Parochiæ, ut dictum est supra.

Septimum de consuetudine non subsistit, tum quia Concil. Trid. d. sess. 24. de Reform. c. 13. in hæc, revocat quascumque consuetudines etiam immemorabiles circa ingentiam unius Parochi in aliam, quæ spectant ad curam alterius Parochi; tum etiam quia eandem consuetudinem abolevit Sacra Congregatio Concilii Anno 1649. & S. M. Innocentius Papa XI. Anno 1682. qui declaravit, non satisfieri Præcepto Communionis Paschalis à Communicantibus in Basilica Lateranensi, vel Vaticana, vel nationali; sed esse communicandum in propria Parochia, sub qua quisque habitat, ut testatur de certa scientia Jacob. Pignat. d. tom. 7. consult. 89. n. 18. quibus Decretis edere oportet opiniones Doctorum privatorum; cum eadem semper reverenter suscipiat, & observet Rota Romana, ut habetur coram Barato decis. 479. n. 3. ea ratione, quæ ligant in utroque foro, etiam quòd non sit publicata. Roderic. quest. Regul. tom. 1. q. 1. ar. 2. circa med. Ferentill. in addit. ad d. decis. 479. n. 21.

DECISIONIS XLIX.

Ad Octobris secundum Casum.

ARGUMENTUM.

In Trutinâ ponitur; An peccet mortaliter Montalis, quæ Communionem Sacram semel tantum in anno suscipit? examinatorum Regula S. Benedicti, & declaratur, quid esset Mixtum, quod Lector Hebdomadarius sumebat propter Sanctam Communionem. Referuntur Constitutiones Urbanæ pro Minoribus Conventualibus; ac Statuta Tertii Ordinis S. Francisci. Explicatur Clem. Ne in agro. De Statu Monachorum. Adducitur Cone. Trid. sess. 25. cap. 10. de Regular. & plurimæ Synodales Constitutiones circa Communionem Monialium. Rationes proutque opinio ponderantur, & resolvitur, abstinentiam Monialis à Sacra Communionem per plures menses esse à culpa gravi inexcusabilem.

SUMMARIUM.

- 1 Regula S. Benedicti confirmata à S. Gregorio Papa Anno 595.
- 2 Cassenses debent Eucharistiam sumere omni die Dominicò.
- 3 Declarationes Congregationis Cassensium ad Regulam Sancti Benedicti sunt confirmata ab Innocentio Papa XI. Et habent vim legis.
- 4 Regula S. Benedicti pro Monialibus habet præceptum de Communionem factenda singularis diebus Dominicis.
- 5 Regula S. Francisci præcipit, Eucharistiam sumi omnibus Dominicis diebus, ac festis Deparæ Apostolorum, aliorumque Sanctorum Ordinis.
- 6 Regula Tertii Ordinis Sancti Francisci quam frequentiam Sacramentorum requirit?
- 7 Communio mensura imposita est Monachis à Clemente V.
- 8 Monachorum Nigrorum appellatione qui veniant?
- 9 Clem. Ne in agro; S. Sane, de Stat. Monachorum obligat etiam Monachos alios, ac Moniales.
- 10 Communio mensura à Concil. Trident. tradita Monialibus.
- 11 Episcopi ferè omnes jubent Monialibus, ut saltem semel in mense communicent.

- 12. Communicare plus quam semel in anno nullatenus de precepto, et si Religioſus. Contrarium num. 18.
- 13. Admoneri, vel exortari non videtur velle obligare. Contrarium n. 23.
- 14. Monialis non recipiens Communionem, nisi semel in anno, non est immunis à peccato mortali.
- 15. Mofculinum comprehendit sub se femininum.
- 16. Moniales gaudent Privilegiis concessis Religioſis suorum Ordinum, et si non sint subiecta Regularibus, sed Episcopis.
- 17. Moniales tenentur de precepto sumere Eucharistiam semel saltem in mense.
- 18. Regulares peccant mortaliter non Communicantes saltem semel in mense.
- 19. Regule transgressio quando sit peccatum mortale?
- 20. Moniales subiciuntur statuti Regularium in iis, in quibus sexus non repugnat.
- 21. Iudicium idem de similibus, et connexis.
- 22. Verbis boratoris utuntur Sacri Canones etiam in materia de precepto.
- 23. Monitio Concilii Tridentini, ut Moniales semel in mense communicent, facit preceptum.
- 24. Communio mensura cur de precepto apud Religioſos?
- 25. Ratio est preferenda auctoritati Doctorum.
- 26. Doctoribus antiquis adherendum potius, quam modernis.
- 27. Rationes, ob quas Monialis non communicans semel saltem in mense, peccat mortaliter.
- 28. Diferimen esse debet inter vitam Religioſorum, et vitam laicorum.
- 29. Infirmus volens recipere medicinam peccat mortaliter.
- 30. Inedia voluntaria abbreviare vitam est mortale peccatum.
- 31. Jubilaeum non recipiens ex pigritia peccat.
- 32. Penitentiam committens mensurus, non adimplens peccat mortaliter.
- 33. Melancholici sunt incontinentes.
- 34. Monialis omittit communicare in mense ob aliquod improvisum impedimentum anime, an peccet?
- 35. Diferentia opus est in omni negotio.

SECUNDUS CASUS.

Monialis professa, temperamenti melancholici, ex quo facit movere ad tristitiam, et iracundiam, sedio affectum, et inedia Sacramentorum assueti, semel tantum in anno, ad Eucharistiam convivium, tempore festivitatis Paschalis, accedit. Queritur, an rarus hic Penitentia, et Eucharistia Sacramentorum usus in ea sit culpa mortalis?

Difficillima mihi videtur huius Casus resolutio. Idcirco pro investiganda veritate, & ad consulendum conscientiam Sanctimonialium, & eorum Confessarios in hac re instruendos, tria sunt præmittenda, & adnotanda.

Præmissum primum. Est in Regula S. Benedicti Abbatis, quo anno DXCV. confirmata fuit in Concilio Rom. à S. Greg. Papa, ut notat Gard. Baron. ad Ann. 19. n. 59. nullum reperitur præceptum de frequentia Sacrae Communionis, sed solummodo de Hebdomadario Lectore, habeantur hæc verba: Lecturus tota hebdomada Dominica ingrediatur. Qui ingrediens post Missas, et Communionem, potest ab omnibus pro se orari, et. Et paulo inferius: Fratres autem hebdomadarius accipiat Mixtum priusquam incipiat legere propter Communionem Sanctam, et ne forte grate sit ei jejuniium subsistere. Nihilominus in illius capitis declaratione Patres Congregationis

Cassinenſis hæc conscribere n. 2. Ex eo, quod hic B. P. Benedictus dicit: Post Missas, et Communionem; et infra in eodem c. Propter Communionem Sanctam ostenditur, quod quislibet Dominico die fratres communicabant; idem mandamus, quod tam Sanctam, et antiquum Religionis institutum servetur in singulis nostræ Congregationis Monasteriis, nisi forte ob reverentiam alicuius festi solemniter differatur, aut præmittatur huiusmodi Communio. Ex his constat in Congregatione Cassinenſi esse præceptum de Communione faciendâ singulis Dominicis diebus; siquidem supradictæ declarationes, ad Regulam S. Patris Benedicti habent vim legis, nam iussu SS. Innocentii Papæ Undecimi fuerunt revisæ, discussæ, ac tibi opus esse visum fuit, correctæ, & motu proprio à Sanctitate sua confirmatæ die 22. Novembris 1680. ut ex eius Bulla præsertim eadem Regulæ, & declarationibus, impressæ Romæ Typis Reverent. Camere Apostolicæ dicto Anno 1680.

Præmissum secundum. Quamvis disputabile sit, an supradicta declaratio, & præceptum de Communione singulis Dominicis diebus faciendâ afficiat Moniales Ordinis Benedictini, præcipue, subiecta Episcopis, ut hic Patavii, quod infra examinabitur, certum est, eandem declarationem, & præceptum haberi in Regulis vulgari idiomate scriptis, vel typis impressis pro Monialium Ordinis Benedictini regimine, ut ego observavi in una Monasterii S. Stephanii huius Civitatis manuſcripta Anno 1506. & in aliis impressis Venetiis annis 1581. 1594. 1627. 1656. 1672. In quibus ad declarationem cap. 38. Regulæ, explicantur illa Verba: Frater Hebdomadarius accipiat Mixtum priusquam accipiat legere propter Communionem Sanctam. Idem accipiat frustulum panis, et parvam vini; quod confirmat Hierolexon Macri in Verbo Mixtum his verbis Matutinum jentaculum dicitur mixtum, quia in sola essa, sive mixtio panis, et vini consistebat. Et idem latius profertur P. D. Rogerius de Barulo Monachus Castellanus in expositione Regule Benedictinæ Anno 1538. et P. D. Sylvanus Razzius Monachus Camalulensis Anno 1574. qui ad d. cap. 38. de Hebdomadario legitur, examinat illa verba ultima: Propter Communionem Sanctam, et relatis variis interpretationibus aliorum de Mixto per lectorem fumendo, priusquam incipiat legere propter Communionem Sanctam; subdit legendum potius esse Post Communionem Sanctam; ita ut error irreperit in antiquis Regulæ transcriptionibus; et loco Post, scriptum sit Propter, verior enim, atque germanior sensus Regulæ videtur ut lector sumat jentaculum Post Sanctam Communionem, ne forte grave sit jejuniium sustinere, legendum ad totam mensam. Unde sequitur, quod si lector debet sumere jentaculum Post Sanctam Communionem: ita etiam quod Communio singulis Dominicis diebus est faciendâ à monialibus.

Tertium Præmissum. In Regula verò S. Francisci, relata in Constitutionibus Urbanis, quia eadem Regulæ, Constitutiones, & Decreta in Capitulis generalibus Religionis pro Regulari observantia emanata, confirmata, & approbata fuerunt ab Urbano Papa VIII. die 15. Maji 1628. sic legitur in cap. 3. Regule tit. 10. Omnes nostri Ordinis Fratres, tam Clerici, quam Laici, tam Novitii, quam Professæ, singulis diebus Dominicis, (quibus SS. Eucharistia Sacramenti venotatio faciendâ est). Item singulis Beate MARIE Virginis, et Sanctorum Angelorum, Apostolorumque Festis; Omnique Sanctorum die, et ac Sancti Patris nostri Francisci Vitalis, et Advocatorum Ecclesiæ, Sanctorumque nostri Ordinis solemnitatibus, quæ decet devotione, et reverentia, constantur, sacraque Dominici Corporis Communionem referantur. Si tamen dictæ Festivitates ita proxime inter se se mutuo incidant, ut frequentius

æquo tanti Sacramenti videretur usus, ex discreto Superioris arbitrio à Communionibus abſtineant. Confessionis verò salutaris usus nullatenus (quantum fieri potest) intermittatur. In Regula autem Fratrum Tertii Ordinis de Penitentia eisdem Ordinis S. Francisci cap. XIV. De Sacramentali Penitentia, et Eucharistia ita ordinatur: Et quoniam teste Augustino initium bonorum est Confessio malorum; seroque medicina paratur (juxta illius sententiam) cum mala per longas invaluerit moras; atque etiam peccatum, ut dicitur serit Gregorius, quod per Penitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit; summum bonum in celeritate putantes, decernimus, ut quindecimo quoque die, aut septies etiam (si placuerit) Fratres nostri Ordinis suis Ministris, vel aliis Sacerdotibus per Ministris electis sua peccata Confessione revelent, sibi injunctam penitentiam agat. Eucharistiam summa cum humilitate, ac reverentia assumant, primo uniuscujusque mensis die Dominico; nisi Convociorum ministri illud in alterum diem jussu, ac pie distulerint. His consonat Clem. Ne in agro. s. Sane. de statu Monachorum per quam Clemens Papa V. in Concilio Generali Viennensi Anno MCCCXII. Ne in agro Dominico, sacra videlicet Monachorum nigrorum Religione, indecorum aliquid obrepere, inter cætera, statuit, ordinavit, & præcepit, Ut singulis mensibus, tam in Monasteriis, quam extra, sublata occasione quacunque, ad Confessionem saltem semel accedant omnes, et singuli Monachi. Et in prima Dominica mensis cuiuslibet in Monasteriis semper communicent; nisi ex causa forte, quam Abbati, Priori, aut Penitentiaris Monasteriorum non differant intimare, eorumque iudicio vel abſtineant, vel accedant. Appellationem autem Monachorum nigrorum, de quibus loquitur hæc Clementina in exordio, intelliguntur quinque celeberrime Congregationes Benedictinæ, quæ sunt in Italia Cassinenſis, seu Sanctæ Justinae de Padua; in Germania Bursfeldensis; in Gallia Casalensis, in Hispania Vallisoleana, in Lusitania S. Martini de Tibæ; et notat Lezana in summa tom. 6. ad mare magnum Carmelit. numer. 211. Verum supradictam Conciliarem Constitutionem obligare non solum Monachos nigros, sed etiam Monachos albos, quales sunt Cistercienses, Camaldulenses, Olivetani, & alii propter identitatem rationis, ac etiam Moniales docent Canonistæ, Glossæ, Paulus, Imola, Bonifacius, & Cardinalis Zabarella, quos citat Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 19. quæst. 17. et contra Moralistas contrarium opinantes tenet etiam Navarrus in Manual. c. 2. num. 9. et cap. 21. num. 39. Tandem Concilium Trident. loquens de frequentia Communionis habenda per Moniales in sess. 25. de Regular. cap. 10. ait: Attendari diligenter Episcopi, et ceteri Superiores Monasteriorum Sanctimonialium, ut in Constitutionibus earum admoventur Sanctimonialibus, ut saltem semel singulis mensibus Confessionem peccatorum faciant; et Sacrosanctam Eucharistiam suscipiant, ut eo se salvari prebitis nuntiant ad omnes oppugnationes Demoniis fortiter superandas. In conformitate autem huius Tridentini Decreti ferè omnes Episcopi in suis Constitutionibus Synodales mandant Monialibus, ut semel saltem in mense Communionem Sacram sumant, ut de Ecclesiâ Metropolitana Mediolanensi testatur Gavanti in Manuale Episcop. Verb. 11. Monialium Cura Spiritualem n. 6. et Corius in Epitome Concil. S. Caroli, eodem Verb. n. 4. et de Patriarchali Aquilejensi Concil. Provinc. Aquilejens. primum de Anno 1596. tit. de Monialib. Verb. Admonentur, pag. 59. verso, et Constitutiones Synodales Patavinae p. 4. tit. 6. Verb. Ac ut majorem de hac Ecclesiâ Paduana, & alia plures. Dixi ferè omnes; quia S. Franciscus Salesius in suis Constitutionibus, confirmatis ab Urbano Papa VIII. die 27. Junii 1626. c. 21. mandat monialibus de Visitatione, ut accedant ad Divinam Mensam singulis Dominicis, ac aliis festis diebus de præcepto, necnon omnibus feriis quintis, excepto, si dies præcedens, vel subsequens fuerit festiva, & novissimè Eminentiss. ac Reverendiss. Card. Fr. Vincentius Maria Ursinus tunc Archiepiscopus Sipontinus, nunc autem Archiepiscopus Beneventanus, viva Sancti Caroli imagine, in suo Edicto Synodali diei primæ Junii Anni 1678. præcipit Monialibus Sacram Eucharistiam recipere bis saltem in mense.

His prænotatis deveniendo ad resolutionem casus propositi, videbatur dicendum juxta opinionem Theologorum infra citandorum, Pellizzarii, Tamburini, Bordonii, Donati, & aliorum: Moniales semel tantum in anno Communionem Sacram recipientem, tempore Paschali, esse immunem à culpa mortali ex sequentibus motivis. Primum, quia de præcepto nullus tenetur ad communicandum nisi semel in anno, et si sit Religioſus, vel Monialis, juxta textum in c. Omnis utriusque sexus. De Penit. et Remiss. Secundò, quia Communio mensura Monialibus indita est tantum de consilio; ea autem, quæ de consilio sunt, non obligant ad peccatum. c. In agro. 14. q. 1. Tertio, quia transgressio Regulæ non est culpa mortalis, nisi sit circa tria vota, vel ex contemptu Sanctus Antonin. 3. part. 11. c. 16. cap. 1. §. 7. ubi loquitur de Regula S. Benedicti. Quarto, quia Moniales non assumentur statuti, seu constitutionibus factis à Prælati Religiosis pro viris Regularibus, & Monachis. Quintò, quia Clem. Ne in agro. de Statu Monachorum non est extendenda ad correctas Sextò, & quatenus extenderetur, videtur correctæ à Concilio Trident. d. sess. 25. de Regul. c. 10. ubi voluit Sanctimonialibus admoneri ad Communionem saltem in mense, non autem obligari; quia qui admonet, vel hortatur, non intendit obligare. Zerola Verb. Moniales. Verb. Ad Septimum. Et ita docent, & tenent Pellizzarius de Monialibus cap. 6. n. 8. Alcanius Tamburin. de Jure Abbatiss. disp. 16. quæst. 6. Bordonus Var. Resol. part. 1. resol. 20. Donatus in Praxi Rorum Regular. tom. 4. traſ. 13. q. 1. apud quos alii Moralistæ citantur.

Cæterum, pace tantorum Virorum, mihi non videtur immunis à culpa mortali Sanctimonialis illa, quæ inedia Sacramentorum assueti, accedit ad Communionem tantummodo in Paschali; siquidem, reflectendo in sensu veritatis ad supradicta motiva, non reperio, quod subsistant. Non primum, nam non est verum, quod Religioſi, & Moniales non habeant præceptum de communicando semel saltem in mense; immò totum contrarium refertur tum ex Constitutionibus Benedictinis, & Ordinis S. Francisci supralatis, tum ex Clementina Ne in agro, in quibus expressè obligantur ad Communionem saltem mensuram; quod pro indubito admittit Caramel in Theolog. fundament. n. 764. et 765. et tenet Glossa in eadem Clem. Ne in agro. s. Sane. In Verb. Mensibus. Necnon Vasquez Hurtado, & alii, apud Dianam part. 8. traſ. 1. resol. 16. quæ jacet in Opere Coordinato tom. 3. traſ. 1. resol. 24. Neque juvat dicere eadem Constitutiones ad Regulas, & dictam Clementinam obligare Monachos, & Viros Religioſos; ad quos Leges illæ diriguntur, non autem Moniales; quia immò in illis Legibus comprehendit etiam Moniales, tamquam personas militantes sub eadem Regula, tenent insignes præcitate Canonistæ, Bonifac. Imola, & Card. Zabarella in d. Clem. Ne in agro. n. 5. relati ab Azor. d. to. 1. lib. 12. cap. 19. q. 17. juxta vulgatum Regulam, masculinum comprehendit sub se femininum. l. Qui duos 60. in fin. ff. de legat. 3. l. i. §. 201. §. de Verb. signif. Barboſ. de Appell. Verb. c. 99. n. 48. Et sicut Moniales gaudent Privilegiis Monachorum, seu Regularium sui Ordinis. Miranda de Monial. q. 9. art. 4. et 5. et q. 10. art. 2. Portell. in dub. Regul. Verb. H. Mo.

16 *Moniales* n. 11. etiam si non sint subiectæ Regularibus, sed Episcopis. Tamb. *de Jure Abbatum* tom. 1. disp. 17. q. 1. in fine. Et *de Jure Abbatif.* disp. 17. q. 2. *Lezana* tom. 6. in *Mare Magnum Carmelit.* n. 383. ita subjiçuntur Statutis, Constitutionibus, & Legibus suorum Ordinum in his, quibus sexus non repugnat. *Lezana* in *Summa* tom. 1. cap. 25. n. 1. ubi Suarez tom. 4. de *Relig.* lib. 1. cap. 13. & Tamburin. *de Jure Abbatif.* disp. 12. q. 2. n. 3. & disp. 13. q. 4. n. 9. maxime quia eadem necessitas, & idem finis frequentandi Sacramenta est in Viris, ac in Feminis; & ubi est eadem ratio, debet esse eadem juris dispositio. *leg. Illud. ff. ad leg. Aquil. leg. A Titio. ff. de Verb. Signific.* Ideo apparet verius esse, quod Moniales tenentur de præcepto ad communicandum semel saltem in mense; & non ex solo consilio (quod erat secundum motum contrarium) & est probabilior sententia Cajetani ad 3. part. D. Thom. de *Concess.* q. 1. Navari in *Manuali* cap. 21. cap. 59. Dicaillili de *Penit.* disp. 7. n. 18. Hurtado de *Sacram. Penit.* disp. 7. diff. 8. & aliorum apud Dianam part. 8. trad. 1. resol. 16. in *Coordin.* tom. 3. traç. 1. resol. 24. necnon Joan. Perri Barchi in *Speculo Religiof.* cap. 13. affirmantium, Regulares non continentis, & non communicantes semel in mense juxta *Clem. Ne in agro*, mortaliter peccare: & per hæc cadunt duo prima motiva contraria. Tertium pariter non suffragatur ex doctrina S. Antonini, loco citato, quod transgressio Regulæ non fit peccatum mortale, nisi transgressio sit circa vota, vel cum contemptu. Nam in præfenti casu Monialis, quæ non communicat semel in mense, peccat contra votum obedientiæ; & stans per annum sine communione, excusari non potest à contemptu; frequentia enim peccati dispositivè inducit ad contemptum ex Doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 186. art. 9. & Cajetani ibi. necnon Collegii Salmanticens. tom. 12. traç. 11. de *Legibus* cap. 2. n. 37. & Peyrini tom. 1. de *Subdito* q. 1. cap. 5. §. 1. 2. & 3. Et quod peccet mortaliter contra votum obedientiæ: ex eo probatur, quia agit de re gravi; gravitas autem transgressionis resultat tum ex fine, ob quem est præcepta Communio, à quo Monialis non communicans se avertit, idest ab auxilliis, & præfidiis ad resistendum diaboli tentationibus, tum ex jactura boni communis spectantis ad Religionem; videlicet ob malum exemplum, & scandalum, quo aliæ Moniales possunt persuaderi ad deferendam frequentiam Sacramentorum, & ad imitandum indevotos Laicos, qui semel tantum in anno communicant; & hæc sunt duæ causæ, ob quas non obediunt Regulæ, vel præceptis Superiorum in Regularibus est culpa mortalis. Sayr. in *Clav. Regia* lib. 3. cap. 7. n. 14. Sanchez in *Decalog.* lib. 1. cap. 4. num. 2. & 3. ubi DD. & lib. 6. cap. 4. num. 18. *Lezana* in *Summa* tom. 1. cap. 8. num. 18. & tom. 6. in *Mare Magn. Carmelit.* num. 37. Peyrini de *Subdito* q. 1. cap. 5. §. 4. dub. 4. & Collegii Salmanticens. tom. 13. de *Statu Religiofo* traç. 15. cap. 6. n. 49. Quartum motivum ex adverso consideratum non subsistit; quia, sicut dictum est, quemadmodum Moniales, etsi subiectæ Episcopis, gaudent privilegiis concessis Religiof. Virorum, ita subjiçuntur decretis, statutis, & constitutionibus ejusdem Religiofis in his, in quibus sexus non repugnat, ex Suarez de *Relig.* d. tom. 4. lib. 1. cap. 12. & *Lezana* d. tom. 1. cap. 25. in *princ.* & tom. 6. in *Mare Mag. Carmelit.* n. 386. Et hinc est, quod in Regula S. Benedicti vulgari idiomate pro Monialibus impressa, sub cap. 38. apposta est Constitutio Congregationis Castinensis; de qua in primo præmissio est dispositio *Clem. Ne in agro*; de qua in tertio præmissio; ne possent allegare ignorantiam circa obligationem communicandi de præcepto saltem semel in mense. Quintum motivum non movet, quia prædictam *Clem. Ne in Agro*, extendi etiam ad Moniales supra ostendi ex sententia

Card. Zabarella, & aliorum Canonistarum, quos refert Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 19. q. 17. & suadet ratione, quod de similibus, & connexis idem est iudicium. cap. Inter cætera. De *Rescriptis*. cap. *Translatio*, de *Constitut.* cap. *In causa*. De *Re Judic.* Et ubi materia æquæ convenit mulieribus sicut Religiofis, Moniales veniunt appellatæ Monachorum. Fagnan. in *cap. Ut filii* n. 41. & ibi DD. de *Filiis Presbyter.* Barbofa de *Jure Eccles. Univers.* lib. 1. cap. 43. n. 14. Sextum verò motivum eget consideratione, quam non fecisse videntur illi, qui scribunt, *Clem. Ne in agro* fuisse correctam à Concil. Trid. d. *sess.* 25. de *Regul.* cap. 10. & communionem mensuram, quæ ob d. *Clem.* erat de præcepto, conversam esse in consilium, ob illa verba admoventur *Sanctimoniales* &c. Igitur considerandum est, morem fuisse Sacrorum Conciliorum uti verbis hortatoris, & monitionis in pluribus casibus, quamvis materia esset de præcepto. Sint exempla. Est de præcepto non communicare cum hæreticis, & evitare eorum consortium, cap. *Omnis*. & cap. *Quæ dignior* 24. q. 1. cap. *Si quis Episcopus* cap. *Sicut*. cap. *Ad abolendam* de hæreticis. Attamen S. Gregorius Papa in cap. *Rogo* 11. q. 3. mandat evitare hæreticos per verba hortatoria, dicens: *Rogo, hortor, & moneo, ut à prohibitis vobis communionis consortio per omnia suspendatis*; ubi Glossa ait: *Verbum rogandi hic præceptivè ponitur*. Item decimarum solutionem esse de præcepto nemo ignorat, cap. *Parochianos*, & cap. *Non est in potestate hominum*. De *Decimis*. Nihilominus de adimplementum ejusdem præcepti loquitur per exhortationem, & communionem. cap. *Revertimini* 17. q. 1. ibi; *Hortor vos, atque commoneo, ut inseratis decimas in borrea*. In Episcopis, & in Parochiis residentium esse de præcepto non solum Ecclesiastico, sed etiam Divino, neminem latet; verumtamen Concil. Trident. iidem illam intimat, admovent, & hortando, ut habetur *sess.* 23. de *ref.* cap. 1. ibi: *Sacrosanctâ Synodus*, Et interius: *Eisdem interim admovent, & in Domino hortatur, ne scilicet in Adventu, Quadragesima, & aliis solemnioribus festivitibus abint à residentia*. Cur ita? quia scilicet mos est antiquus in utroque jure, & in Conciliis generalibus, proponere rem de præcepto cum verbis admonitionis, & exhortationis, ut differat Abbas in *cap. Nam concupiscentiam* n. 3. & Decius n. 21. de *Constitutionibus*. Albericus à *Rofate* in *Distion. Verb. Hortabitur*. & Fagnanus in *cap. Qualiter* n. 38. De *Chri.* non resident.

Idcirco etiam in casu isto de Communione mensura, ad quam sunt ex præcepto obligatæ Moniales, Concil. Trident. d. cap. 10. de *Regul.* *sess.* 25. dixit, admoventur *Sanctimoniales*; non quia hæc communio sit tantum de consilio, cum ex inveterata consuetudine Religionum, & ex eorum statutis, necnon ex *Clementina Ne in agro*, fuerit, & sit de præcepto; sed quia satis visum est Concilio, Moniales monitas fieri, juxta stylum loquendi servatum in utroque jure, per verba monitionis, dare tamen eadem sub præcepto, & ad quam adimplendam, semel saltem in mense præciè sunt obligatæ. Ultimum restat motivum de auctoritate Pellizarij, Bordonij, Tamburini, Donati, & aliorum per eos citatorum, opinantium, Moniales non teneri ad communionem mensuram ex præcepto, sed ex consilio. Porrò, salva semper reverentia iidem Theologis præstantissimis quidem, & eruditissimis, eorum opinionem defendendam existimo ex duplici capite. Uno, ob evidentiam rationis; si enim Communio mensura est de præcepto in visis Religiofis ob bonum commune religionis, ut pietas animi, & prohibitas morum sulciatur frequentia Sacramentorum, sine quibus Religiofi fierent peiores Laici, & Ecclesiasticam perfectionem pessundarent. Catamuel in *Theolog. fundament.* d. n. 764. *Verf. Sed interrogas; eadem ratio militat in Sanctimonialibus; quam rationem*

tionem præferendam esse doceor à S. Hieronymo relato in *cap. Ego solus* disp. 9. ubi ait: *Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, doctrinaque polleant, non ita verum patem, quia ipsi ita senserint; sed quia mihi per alios auctores, vel canonicos, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere poterint*. Et à S. August. Ep. 112. ad *Fortunatianum*, de qua in *cap. Neque quorumbet*, ead. disp. 9. ita habetur: *Neque quorumbet disputationes, quamvis Catholicorum, & laudatorum hominum, vel scripturarum Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, sateca honorificentia, quæ illis debetur hominibus, ali- quid in eorum scriptis improbare, atque respicere; si forte invenierimus, quod aliter senserint, quam veritas habet; dicitur adjectivo vel ab aliis intellecta, vel à nobis*. Nemo incilicior, præceptum Communiois mensuræ in *Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* De *Statu Monachor.* emanasse ob bonum commune Religionis Benedictine. Igitur illud extendi debet etiam ad Moniales, ex Abb. in *cap. Ex parte* n. 1. de *Postulando*. Summa Angelica in *Verb. Monachus*, n. 12. Et in *Verb. Lex*, n. 3. & n. 7. ubi notat, quod si materia, de qua lex fecit præceptum, sit necessaria, & multum ponderosa, obligat sub mortali. Alterum caput, propter quod deflecto à prædictis Theologis est, quia contrarium docuerunt antiquiores Canonistæ, Bonifacius, Imola, Card. Zabarella, & Navarrus supra allegati, & adherendum esse antiquis Doctoribus, potius quam modernis tradit Hostien. in *cap. Unico*, n. 51. & 52. de *Sacra Unâ*. Silvest. *Verb. Opinio* sub n. 2. & pluribus consensibus Fagnanus in *cap. Ne unitatis* n. 349. & *seqq.* De *Concess.* Etiam contra plurimos Auctores stet unus tantum, dummodo iste secum afferat evidentem rationem, ut ex Sanchez de *Matrim.* lib. 3. disp. 16. num. 49. arguit Sanctius in *Seleçti* disp. 26. num. 5. *Verf. Et foret*.

His stantibus, reassumendo casum propositum, & ejus resolutionem, dicendum veni, Monialem non accedere ad Eucharisticam Communione, nisi semel in anno, ex torpore, & mala consuetudine, peccare mortaliter ex rationibus frequentibus, 1. Quia extat præceptum de communicando saltem semel in mense tum ex Regula, & Statutis Ordinum Regularium, tum ex *Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* De *Statu Monach.* 2. Quia d. *Clement.* *Ne in agro*, comprehendit etiam Moniales ex Card. Zabarella, & alii Canonistis supradictis. 3. Quia Moniales etsi subiectæ Episcopis, sicut gaudent Privilegiis suorum Ordinum, sic eorumdem statutis afficiuntur in his, quæ ipsarum statui conveniunt, ex *Lezana*, & alii supra. 4. Quia Constitutiones Ordinum, & Communione mensuram sub pena peccati mortalis, ex Navarr. cap. 21. n. 59. Dicaillili, Hurtado, & alii allegatis. 5. Quia Moniales omittens Communione per integrum annum peccat etiam mortaliter ratione scandalij, & ratione contemptus, ex S. Thom. Peyrini. *Lezana*, aliique. 6. Quia Concil. Trid. *sess.* 25. de *Regul.* c. 10. quamvis dicat, *Moniales admoventi de Communione saltem mensura, illud verbum non est de consilio, sed de præcepto ex DD. supra relat.*, & Fagnano in *cap. Qualiter* 38. de *Cler. resident.* 7. Quia Communio mensura in Monialibus dicitur de re gravi, concernente bonum tum particulare, tum commune ipsarum, ac religiofitatem, & bonam famam Monasterij, ex Caramuele, Abbate, & Summa Angelica citatis. Et licitum si foret Monialibus non communicare, nisi semel in anno, eorum Monasteria non essent domus religiofæ, sed castra militum. 8. Quia opinio modernorum Moralistarum dicitur, esse de consilio, & non de præcepto mensuram Communione, est minus probabilis, tanquam destructiva exemplaritatis *Sanctimonialis*. 9. Quia debet esse discrimen inter vitam

earum, & laicorum. c. *Denique*, disp. 4. Glossa in *cit. Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* *Verb. Mensurus*, ibi: *Propter religionis perfectionem aliquid debet ad pensum sanctæ institutionis adhibere*. Immo si malè tentatur de laicis semel tantum in anno communicantibus. cap. *Seculares*, disp. 1. Quid de Monialibus cogitandum? 10. Quia sicut peccat mortaliter infirmus, qui non vult sumere medicinam in gravi infirmitate. *Mastr. in Theolog. Mor.* disp. 11. num. 34. ita Monialis respiciens sanctam Communione, quæ, ut ait Concil. Trid. de *Euchar.* *sess.* 13. cap. 2. *Est antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis*, & à peccatis mortalibus preservamur. 11. Quia quemadmodum inedia voluntaria abbreviare vitam corporalem, est peccatum mortale. Gobat. in *Quinario* traç. 5. cap. 1. n. 31. Sanchez in *Concil. Moral.* lib. 5. c. 1. dub. 33. Sic erit mortale peccatum abstinentia ab Eucharistia, per quam alitur vita spiritualis. Jo. 6. *Qui manducat me, vivet propter me*. 12. Quia negligens accipere Jubileum universale missum à Papa non potest esse sine culpa, nam negligens est semper peccatum, & quia est prodigalitas quædam bonorum spiritualium, ac etiam quia turpis est pars, quæ non conformatur toti. Gobat. in *cit. Quinario* traç. 3. q. 19. n. 326. & in *Theologia Experim.* traç. 6. n. 299. Ergo culpabilis erit etiam Monialis negligens circa sanctam Communione, privans se frequentibus Indulgentiis, etiam plenariis adinstar Jubileorum, & non se conformans in hoc actu religionis suæ Communitati. 13. Quia peccat mortaliter, qui non adimplet Confessionem, & Communione mensuram sibi à Confessario impostam in dispensatione impedimenti occulto ad contrahendum Matrimonium. Gobat. d. traç. 5. in *Quinario* cap. 37. n. 222. & *seqq.* Igitur à simili peccati mortaliter Religiofo non communicans semel in mense juxta Ordinis sui statuta, & juxta præceptum Juris Canonici in d. *Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* De *Statu Monach.* quam sub mortali obligare, docent etiam Vasquez, Dicaillili, & Azorius citati per eundem Gobat. d. cap. 37. n. 224. 14. Et tandem cum prædicta Monialis sit temperamenti melancholici, ex quo facile movetur ad tristitiam, & ad iracundiam, magis oportet indiget Communione frequenti, ut eo se salutaris præfidio muniat ad omnes oppugnationes Demonis fortiter superandas, ut loquitur Trid. Concil. d. *sess.* 25. de *Regular.* c. 10. Nam, ut docet Aristoteles in *Mor.* lib. 2. cap. 7. n. 11. melancholici, ut plurimum, sunt incontinentes. Et lib. 7. *Et hic* cap. 14. n. 11. Quia atra bile eorum corpora mordentur, propterea intemperantes, & pravi evadunt.

Quod si quis querat, an peccet mortaliter Monialis, si aliquo tantum mense omittat sacram Communione ob improvisam animi perturbationem, qua forsitan invaditur? Respondeo in hoc casu non peccare, si coram Confessario, vel Abbatissa compareat, implorans licentiam pro ea vice non accedendi ad Convivium celeste, donec tranquillitatem cordis reacsumat, ut tenet Cardin. Zabarella in d. *Clem. Ne in agro*. §. *Sand.* n. 2. Et jure quidem, est enim opus discretione in omni negotio. cap. *Præsentium* 1. q. 5. §. 35. cap. 1. de *Offic. Cælib.* & monet *Lezana* in *Summa* tom. 6. ad *Mare Magnum Carmelit.* n. 169. & mea opinio, quod Monialis non communicans peccet mortaliter, procedit in illa, quæ per plures menses, cum contumacia, abstinet à Communione.

DECISIONIS L.

Ad Octobris Casum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Petitur, Utrum ad faciendam experientiam, an Mulier patiens exstases, & mira loquens, communiter